



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate//  
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 231**

VII Qualiter charitas erga deum & qualiter erga proximu[m] sit exhibenda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29814**

## HAY. DE VARIET. LIB

mi tranquillitate suffert. Omnia credit: q̄a post hanc vitam, pœnas diuinitus cōminatas credit non metu endo. Omnia sperat: quia præmia præmissa sperat gaudendo. Omnia sustinet: quia reuelationē filiorū dei desiderat fortiter sustinendo. Charitas nunq̄ ex-Pelag. cedit: non excidit dicit, id est, clapsa non est, vel non excessit. Ipsa enim sola permanet in futurū, vel recte, quia vera est, non mutabitur.

Qualiter charitas erga deū, & qualiter erga proximū sit exhibenda. Cap. VII.

**E**Rgo si charitatem deo exhibeamus & proximo de corde puro & conscientia bona & fide non ficta, facile peccato resistimus, bonis om̄ibus abundamus, seculi blandimenta contemnimus, & omnia quae difficultia sunt humanæ fragilitati vel aspera etiam, cum dilectione perficimus, si tamē deum charitate quae nobis ab illo, ex toto corde extorta anima, & totis viribus diligamus. Ex ea enim parte quis peccat, ex qua minus diligit deum. Quem si ex toto corde diligamus, nihil erit in nobis unde peccati desiderijs seruiamus. Et quid est diligere deum nisi illo occupari animo, cōcipere fruendæ visionis eius effectui peccati odium, mundi fastidium, diligere etiam proximū quem in se sensuit diligendum. Illi vero ex toto & plus q̄ se diligunt deū, qui pro eius amore, suæ ad tempus saluti non parcunt, seipso tribulationi ac periculis tradunt. Nudari facultatibus proprijs, patriæ suæ extorres fieri. Parentibus & uxori- bus & filijs renunciare parati sunt, & vt in totum di-

## LIBER SECUNDVS.

ea, ipsam corporis mortem non solu nō refugiūt, sed etiā libenter excipiūt, ambiētes à corporis sui vita magis, q̄ à deo vita vitæ suæ discedere. Proximos nostros sicut nos diligere debemus. Non illi tamen proximi nr̄i credēdi sunt, quos nobis gradus sanguinis iungit, sed proximi nostri credēdi sunt oēs hoīes naturæ nostræ participes. Secundū nos proximos omnes diligimus, qñ ad mores bonos & ad æternā vitā consequendā sicut nobis, eorum saluti cōsulimus, qñ nos in eorum pecat̄ ac periculis cogitamus, & sicut nobis subueniri optaremus ita eis pro viribus subuenimus, aut si facultas defuerit, voluntatē subueniēdi tenem⁹. Quapropter hęc est proximi tota dilectio, vt bonū qd̄ tibi cōferri vis velis & proximo. Et oīm profectus tuos esse credas, & de peccat̄ aliorū tanq̄ de proprijs misericorditer lugeas. Hęc est enim charitas quā habere debem⁹ inuicē, sicut dñs ostendit & docuit, dices: Diligite inuicē sicut & ego dilexi vobis. Maiorē hac dilectio nē nemo habet, quā vt animā suā q̄s ponat pro amicis suis. Si aut̄ & animā ponī oportet, quanto magis in alijs votū & studiū debet intelligi, sine dubio nō sum humanas voluntates, sed sum illū prospectū in q̄ est cōmune omnium propositū placandi dominum.

Basili.  
Iean. 13.

Quod ne tantæ virtutis sit charitas, vt omnem legē & rūiuera mandata dei in ea possimus complere. Caput VIII.

**Q**uantę autē virtutis sit charitas in cōsequēti b⁹ ponit Apostol⁹ cū ait: Qui enim diligit pxi mū legē impleuit. Nā nō adulterabis, nō occides, nō furtū facies, nō falsum testimonium dices, nō

Ro. 13.